



**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De
Vita Gegorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

III. De restitutione vnius admirabilis oculi per suffragium Martyris sancti
Cyriaci.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)



INCIPIIT VITA B. HERLVCAE VIRGINIS.

I.



GITUR beatissima Virgo Herluca ex Alamannorum, seu Sueuorum stirpe progenita, diem natalem habuit in feria sexta circa *Natalis Herluca.* Natiuitatem S. Ioannis Baptistæ; quod in

^apræsignatione futuræ illius parsimoniæ sagaces allufores dixerunt accidisse, nimirum propter tempus ab- *a forte, præsignationem.* stinentiæ.

II. Verùm pubertatis annos adorsa, libenter volebat ingredi vias sæculi, sed, *Infirmitas Herluca.* DEO gratias, retenta est in manu forti. Graui namque, & longa corporis ægrotatione contracta, inter patiendum quidem vanam esse iudicauit adolescentiam & voluptatem: sed tandem cōualescens iterum cœpit conformari dilectoribus huius mundi. Rursum durius prostrata, tardius quidem, sed tamen in spem vanitatis resurrexit. Tertia vice am- *bf. cecitate statuit saculo &aledicere.* borum luminum ^bpercussa, digitoque DEI tacta, perfectè mutauit mentem pariter, & vestem.

III. Posthæc in visione commonita, vt pro restitutione vnus oculi orbē cerum dirigeret ad memoriam *En & sum anathematum ad Memorias Martyrum.* pre-

preciosi Martyris Cyriaci, obsecundauit, & acutissimā aciem vsq; in finem perseuerantem impetrauit, in hoc valdè mirabilem, quod neque plurimis lacrymis, neque subtilissimis Operum studiis cederet.

IV. Ex tunc habere cœpit sollicitudinem infantium, vt matres & nutrices, in lauandis eorum capitibus, & consuendis eorum vestibus, aliisque necessariis exhibendis.

V. Adelhaidis vxor Manegoldi Comitis Palatini, de castello quod Moropolis dicitur, mulier valdè religiosa, vtpote sectatrix sororum suarum electarum **C H R I S T O** Virginum, quarum vna Wielica, altera vocabatur Hiltiburgis, quarum etiam mira post obitum gloria Beata Herluca diuinitus ostensa est. Hæc, inquam, eandem Herlucam sibi assumpsit in adiutorium pernoctandi in oratione **D E I**. Quadam ergò nocte malignus spiritus volens eis pauorem immittere, & sacris vigiliis illudere, tetrâ, sicut eum decebat, indutus specie, exstinxit lumen, quod vnicum erat in Oratorio: quod cum Herluca reaccendisset, iterum exsufflauit. Illis verò vehementius orationi incumbentibus, superari se dolens inimicus, tanto cum fragore discedens permouit castellum, quo funditus euersum iri timeretur: & seculares quidam repentino sonitu expergefatti, & nimis attoniti, diuersas opiniones tam in ipsa nocte, quàm in sequenti die super insolita quassatione conferebant. Porro sanctæ vigiles se quidquam inde scire dissimulabant: tamen si Herluca signum periculosi tumoris acceperat in facie ex maligni spiritus afflatione.

VI. Similiter ei ante paucos annos etiam Beronica contigit: quando more suo Canonicas vigilias præocupans, Ecclesiã singularis expetiit, in riuulum quoque malo-